Reperimus & alia quædam inſcripta Hieronymo, prorſus indigna quovis Hieronymi diſcipulo. Quandoquidem apparet hoc ſolemne fuiſſe librariis, ut hujus unius titulo quemlibet librum emptori commendarent. Verùm ea quoniam ante hac nunquam fuerant excuſa formulis, addenda non putavimus. Nihil à nobis prætermiſſum eſt eorum quæ priores habebant editiones. Nimis multa ſunt addita hujus ſanè generis. Inviti dedimus hoc illorum judicio, qui nullo ſunt judicio. Sed quorſum attinet adverſus torrentem niti? Spero fore ut aliquando ſæculum expergiſcatur: id ſi fiat, bona pars laborum ſtudioſis adimetur, non niſi in optimis authoribus bonas horas bene poſituris.

Comperimus martyrologium, præfixa Hieronymi præfatione, Longobardicis ſcriptum literis: ſed alia quadam lingua quam Latina, Hiſpana opinor, pleriſque vocibus in aliam formam deflexis ac depravatis.

A L I E N A.

Poſt hæc ſuccedunt quæ fuerant intermixta lucubrationibus Hieronymianis, ſed ſuis tamen titulis, quæ nec à nobis ſunt amputata, ſed in ſuum ſemota locum.

Catologus ſcriptorum illuſtrium, per Gennadium. tom. 1. fol. 106.
Domino dilectiſſimo. Epiſtola Epiphanii, Salaminæ Cypri Epiſcopi. tom. 2. fol. 53.
Scio quam plurimos. Præfatio Ruffini in libros Origenis περὶ ἀρχῶν, quam adjunximus, quò facilius intelligerentur Apologiæ ſancti Hieronymi. tom. 2. fol. 63.
Sanctus aliquis. Epiſtola Pammachii, & Oceani ad Hieronymum. Ibidem.
Dominus qui locutus eſt. Epiſtola Theophili Alexandrini Epiſcopi, ad Epiphanium. tom. 2. fol. 102.
Nunquam æquè quiſquam. Epiſtola Auguſtini ad Hieronymum. tom. 2. fol. 109.
Habeo gratiam. Ejuſdem ad eundem tom. 2. fol. 110.
Ex quo cœpi. Ejuſdem ad eundem. tom. 2. fol. 111.
Audivi perveniſſe. Ejuſdem ad eundem. tom. 2. fol. 114.
Quamvis exiſtimem. Ejuſdem ad eundem. tom. 2. fol. 115.
Sicut præſens. Ejuſdem ad eundem. tom. 2. fol. 116.
Jam pridem charitati tuæ. Ejuſdem ad eundem. tom. 2. fol. 116.
Dormientem te. Damaſus Hieronymo. tom. 3. fol. 10.
Commentaria cùm legerem. Idem ad eundem. tom. 3. fol. 40. C.
Evangelium Lucæ ſine commentariis, ſed ex vetuſtis exemplaribus aliquanto emendatius: in hoc additum, ut reſpondeat Canoni quatuor Evangeliis communi. tom. 9. fol. 49.
Evangelium Joannis, eodem adjectum conſilio, ſine commentariis. tom. 9. fol. 57.
Domine debitis. Epiſtola Auguſtini, ad Julianam Demetriadis matrem. tom. 4. fol. 11.
Damaſi ſymbolum. tom. 4. fol. 42.
Ruffini ſymbolum. tom. 4. fol. 43.
Epiſtola Paulini, ad Sebaſtianum eremitam. Sancto & merito. tom. 4. fol. 73.
Apologia Pamphili pro Origene. Cognoſcendæ veritatis. tom. 4. fol. 73.
De adulteratis Origenis libris Ruffinus. In his quæ in ſuperiori libro. tom. 4. fol. 82. K
Eadem de re, ex Origenis Epiſtolis. Verba Origenis. tom. 4. fol. 83.
Libri περὶ ἀρχῶν Origenis, Ruffino interprete. Scio quam plurimos. tom. 4. fol. 64.
Ruffini Epiſtola ad Anaſtaſium, pro fide ſua. Audivi quoſdam tom. 4. fol. 85.
Anaſtaſii Epiſtola de Ruffino. Probatæ quidem affectionis. tom. 4. fol. 86.
Invectivarum Ruffini in Hieronymum libri duo. Perlegi ſcripta. tom. 4. fol. 86.
Auguſtini quæſtio ex Epiſtola Jacobi. Quòd ad te ſcripſi. tom. 4. fol. 99.
Ejuſdem de ratione animæ. Deum noſtrum. tom. 4. fol. 101.
Ejuſdem de origine animarum. Quamvis tuæ ſanctitatis. tom. 4. fol. 103.
Ejuſdem de paſtoribus. Spes tota noſtra. tom. 4. fol. 106.
De ducenda uxore, titulo Valerii. Loqui prohibeor. tom. 4. fol. 111.
Regula monachorum ex Hieronymi ſcriptis conſarcinata, per Lupum quemdam Olivetanum, cum approbatione Martini pontificis. Fratres chariſſimi. tom. 4. fol. 112.
Dialogus Hieronymi & Auguſtini, per quemdam ineptum, ex ipſorum ſcriptis collectus. Cùm apud vos cœleſtis. tom. 4. fol. 125.
Homilia de corpore & ſanguine Chriſti, incerto authore. Magnitudo cœleſtium. tom 4. fol. 127.
Homilia ſuper Evangelium Matthæi, incerto authore. Sanctus Evangeliſta. tom 4. fol. 128.
Laudatio Hieronymi per Petrum Vergerium. Sanctiſſimum doctorem. tom. 4. fol. 128.

M I X T A.

SEQUUNTUR EA QUÆ FALSO TITULO non unius ſunt authoris.

Inter mixta recenſeri poterat regula monachorum, non ex Hieronymianis tantum collecta ſcriptis; verum eam alio loco poſuimus.

Commentarii quos habemus in omne pſalterium, Hieronymi titulo, palàm ipſi præ ſe ferunt, quòd non ſint unius authoris. Si quis autem meum requirat judicium, multa illic arbitror non eſſe Hieronymi, verùm una pars eſt hominis (quiſquis fuit) planè docti, & ſermonis expoliti, longè tamen diſcrepantis ab Hieronymiano. Nam hic minus habet nitoris ac lenitatis, plus nervorum: deinde ubique copioſior, ac diligentior, ac magis oſtentans ſuas opes. Altera pars eſt locutulei cujuſpiam, & ac penè dixerim rabulæ, (niſi me fallit naſus) ejuſdem qui ſermones ſuos Auguſtini nomine nobis dedit, præter alia multa bella. Cujus rei ſi quis guſtum cupiat ſumere, in ipſa ſtatim præfatione, conferat initia cum fine, & videbit ſubito novum ſcriptorem. Quamquam & ea conjectura arguebat non eſſe Hieronymianum opus, quòd nec titulus, nec Epiſtola cujuſquam habeat nomen. Unde ſuſpicor, illum ſua nullo edidiſſe titulo, & librarios Hieronymi nomen addidiſſe. Et fortaſſis hic eſt ille cujus meminit Gennadius, quem ait nonnulla vertiſſe Origenis, ſed data opera titulis ademptis: cujus eſſe ſuſpicor & annotationes in libros Regum ac Paralipomenon. Sed ut quod cœperam, abſolvam: qui voluerit impoſturam deprehendere, legat attentè commentarium in pſalmum ſeptuageſimum ſeptimum. Rem quidem ille ſumpſit ex commentariis in Matthæum, cæterùm eam ſuis ornavit floſculis: ineptit ſuis dialogiſmis, delirat exclamationibus, balbutit acyrologiis, ſuperfluit periſſologiis: legat in pſalmum octogeſimum, in pſalmum nonageſimum, ubi doctè ſcilicet exponit, quid ſit σύμπτωμα cùm plures cadunt. Verùm ut in genere dicam, ipſa battologia & dictionis character hominem ubique arguit.

EORUM QUÆ PERIERUNT, INDEX.

Poſtremo loco recenſebimus, quæ vel temporum injuria, vel hominum incuria, vel æmulorum invidia, interciderunt.

Libri Clementis Apoſtolorum comitis in Latinum verſi ſermonem, efflagitante Gaudentio: cujus operis meminit in peroratione Commentariorum Origenis, in Epiſtolam ad Romanos.

Interpretatio in Prophetam Abdiam prior, quam ſcripſit adoleſcens: & nondum ſatis in divinis exercitatus literis. Meminit hujus operis in præfatione quam præmiſit poſterioribus in eundem Prophetam commentariis.

Libri quatuor περὶ ἀρχῶν Origenis, quos teſtatur à ſe verſos: deinde corruptos librariorum vitio, ad Pammachii preces denuo tranſtulit: quos opinor ob invidiam Origeniani nominis ſuppreſſos: nam quos hodie legimus, Ruffini ſunt interpretis.

Epiſtola quædam ad Paulam, cui annexuerat indicem, ſive elenchon omnium operum Origenis, conferens ea cum

operibus Marci Varronis πολυγραφωτάτου: cujus & alibi meminit. Ex eo Ruffinus hæc recenſet ſecundo invectivæ ſuæ libro: Quæritis videlicet, ut ad Adamantium noſtrumque Chalcenterum veniamus: qui tanto in ſanctarum Scripturarum labore ſudavit, ut juſtè Adamantii nomen acceperit: Vultis noſſe quanta ingenii ſui reliquerit monimenta? ſequens titulus indicat: Scripſit in Geneſim libros, & cætera. Nam extat liber in tomo hujus operis tertio.

Evangelium Hebraicum, Nazarenorum, ſive Ebionitarum, quod ſibi exhibitum ex bibliotheca Cæſarienſi, tranſtulit in linguam Græcam ac Latinam: & ex eo locis compluribus quædam adducit.

In libro Heſter, quem vertit ex Hebræis, alphabetum addiderat ex minio uſque ad theta literam, diverſis in locis, ad eum modum ordinem Septuaginta notans ſtudioſo lectori, cùm ipſe Hebraicum ordinem ſequi mallet. Atque hæc laboris pars nobis periit.

Librum Job bis vertit: Primum ex editione Septuaginta, obelis jugulans, quæ apud Hebræos non haberentur: & aſteriſcis illuſtrans, quæ ex Hebræorum voluminibus eſſent addita. Atque hujus laboris, qui nobis periit, extat tamen teſtis præfatio, cujus initium: Si aut fiſcellam junco texerem. Rurſus ex ipſis fontibus, hoc eſt Hebræo, Arabico, Syróque ſermone, quòd is liber mixta quadam lingua conſcriptus ſit. Hujus laboris extat præfatio teſtis, cujus initium: Cogor per ſingulos. Hoc obiter admonere viſum eſt, quòd in vulgatis codicibus inverterint has præfationes. Cæterum hæc editio, qua nunc utimur, utra ſit, mihi parum liquet.

Pſalterium bis correxit, primum Romæ agens: rurſum in Bethlehemitico rure, obelis & aſteriſcis notans quæ ſupereſſent in editione Septuaginta: aut quæ ipſe ex Hebræorum fontibus addidiſſet. Quanquam ſunt qui dicant, hunc laborem extare.

Proverbia Salomonis & Eccleſiaſten prius ex editione Septuaginta caſtigarat per obelos & aſteriſcos. Qui labor nobis periit. Teſtatur in præfatione, cujus initium: Jungat Epiſtola.

Danielem Hebraicis ſcriptum literis, ſed ſermone Chaldæo, ex ipſo fonte tranſtulit: ſed obelo jugulatis hiſtoria Suſannæ, hymno trium puerorum, & fabula Draconis. Notas abjecimus.

Novum teſtamentum Græcæ fidei reddidit: qui labor ſi extaret, aut non fuiſſet nobis eadem in re laborandum, aut certè illius ſtudio plurimum fuiſſemus adjuti. Condidit & canonem quatuor Evangeliorum: quid inter illos conveniret, aut diſſonaret, quid cui deeſſet.

In Catalogo ſcriptorum illuſtrium teſtatur ſe ſcripſiſſe tractatus ſex à pſalmo decimo, uſque ad decimum ſextum: hoc eſt, in ſingulis illius ordinis tractatus ſingulos. Sic enim legitur in vetuſtiſſimis exemplaribus, aſſentiente & interprete Græco Sophronio. Id operis apparet interiſſe. Nec enim has breves quas habemus annotatiunculas in pſalmos, vero conſentaneum eſt ab eo tractatus vocari: maximè cùm habeamus aliquot ejuſdem tractatus, velut ad Cyprianum, in pſalmum octogeſimum nonum. Ad Principiam, in quadrageſimum. Ad Marcellam, in centeſimum vigeſimum ſextum. Atque hujus fuiſſe generis probabile eſt, quos ibi dixit tractatus.

Scripturam divinam ſuæ linguæ hominibus tradidit: hoc eſt, Dalmaticè vertit. At hodie piaculum exiſtimant, ſacras literas vulgata legi lingua.

Theophili liber paſchalis eruditus & eloquens ab Hieronymo verſus, ut indicat in Epiſtola, cujus initium: Ex eo tempore.

Canon Hebraicæ veritatis, cujus meminit in Epiſtola ad Lucinum.

Emendavit editionem Septuaginta, ut teſtatur in eadem.

Bis ſcripſit in Matthæum: ut indicat in Epiſtola, cujus initium. Satis miror.

Sæpius mihi monendus eſt lector, ne protinus ſtomachetur & reclamet, ſicubi à noſtro diſſentit judicio. Sunt enim quidam indoctiores quàm ut hiſce de rebus judicare poſſint: & tamen nulli omnium judicant præfractius. Sunt quidam adeo præcipites, ut pronuncient, antequam rem expendant. Legant prius noſtras in quartum tomum præfationes, legant Cenſuras, mox loca conferant idq; integro animo, ſemota contentione, ſtudio, aut odio, quibus rebus omne judicium exoculatur: atq; ita demum aut nobiſcum ſentiant aut à nobis diſſentiant. Nos quod nobis viſum eſt, in commune propoſuimus, nec omnino ſupinè, ni fallor, nec arroganter. Si quis ſic noſtra rejiciet ut adducat meliora, volentes ac libentes amplectemur: tantum abeſt, ut errorem obſtinatè tueri velimus. Sedulò bonáque fide laboratum eſt à nobis, & optimis fratribus Amorbachiis, ut divus Hieronymus quàm minime depravatus, aut contaminatus exiret in manus ſtudioſorum: non auſim affirmare nos aſſecutos omnia. Illud non verebor dicere, intra triginta annos nullum opus excuſum typis, pari fide, pari cura, pari impendio. Proinde æquum, ut quam nos adhibuimus diligentiam in reſtituendo, eamdem cæteri quoque præſtent in tuendo quod reſtitutum eſt. Alioqui ſi licebit impune depravare, miſcere, confundere principum Eccleſiæ libros, nulla certa fuerit ullius authoritas in libris excudendis, quoniam protinus unicum exemplar in duo millia propagatur, ut ſingula errata, bis mille fiant.

I N D E X
JUXTA ORDINEM TOMORUM

Complectens ſimul & initium operis, & argumenti ſummam, & nomen ejus ad quem ſcribitur.

INDEX PRIMI TOMI.

Quanto amore & ſtudio. De laude vitæ ſolitariæ. Ad Heliodorum ſodalem. fol. 1.
Petis à me Nepotiane. Inſtitutio clerici. Ad Nepotianum. fol. 4.
Grandes materias. Epitaphium Nepotiani. Ad Heliodorum. fol. 7.
Nihil Chriſtiano fœlicius. Inſtitutio Monachi. Ad Ruſticum Gallum. fol. 15.
Quantus beatitudinis tuæ. Familiaris Epiſtola. Ad Florentium. fol. 18.
In ea mihi parte. Familiaris & hæc. Ad Florentium. Ibidem.
Apoſtolus Paulus ſcribens. Inſtitutio infantulæ. Ad Lætam. fol. 19.
Inter omnes materias. De ſervanda virginitate. Ad Demetriadem. fol. 22.
Vereor ne officium. De ſervanda viduitate. Ad Salvinam. fol. 25.
Obſecras literis. De viduitate ſervanda. Ad Furiam. fol. 27.
In vetere via. De monogamia. Ad Geruntiam. fol. 30.
Cauſa difficilis. De educatione infantulæ. Ad Gaudentium. fol. 34.

Bonus homo. Inſtitutio Monachi. Ad Paulinum. fol. 35.
Vetus ſcripturæ. Inſtitutio matris familias, incerto authore. Ad Celantiam. fol. 37.
Nemo reprehendat. Laudes Aſellæ. Ad Marcellam. fol. 40.
Sæpe & multum flagitas. Marcellæ viduæ epitaphium. Ad Principiam virginem. Ibidem.
Menſuram charitas. Sub nomine Paulæ & Euſtochii. Ad Marcellam. fol. 42.
Ambroſius quò chartas. De fugiendo ſæculum. Ad Marcellam. fol. 44.
Parva ſpecie. de xeniolis. Ad Euſtochium. fol. 45.
Ut abſentiam corporum. Eadem de re. Ad Marcellam. Ibidem.
Humanæ vitæ brevitas. Laus familiaris ſenis. Ad Paulum Concordienſem. fol. 45.
Audi filia. Inſtitutio virginis ſacræ. Ad Euſtochium. fol. 46.
Abraham tentatur. De converſatione Bleſillæ. Ad Marcellam. fol. 53.
Cùm hora fermè. De morte Leæ. Ad Marcellam. fol. 53.
Quis dabit capiti meo. Conſolatio ſuper morte filiæ. Ad Paulam. fol. 54.
Sanato vulneri. Conſolatio ſuper morte uxoris. Ad Pammachium. fol. 55.
Si cuncta corporis mei. Epitaphium Paulæ. Ad Euſtochium. fol. 58.
Nec opinanti mihi. Exhortatio ad piam vitam. Ad Lucinum. fol. 66.
Lugubri nuncio. Epitaphium Lucini Betici. Ad Theodoram. fol. 66.
Plures anni ſunt. Epitaphium Fabiolæ. Ad Oceanum. fol. 67.
Ex eo tempore. Familiaris Epiſtola. Ad Theophilum. fol. 69.
Quamvis mihi multorum. Conſolatio cæcitatis. Ad Abigaum. Ibidem.
Sanctus filius meus. Conſolatio cæcitatis. Ad Caſtrutium. fol. 70.
Filius meus, frater tuus. Conſolatio in adverſis. Ad Julianum. Ibidem.
Inter omnia quæ mihi. Exhortatio ad Chriſti militiam. Ad Exuperantium. fol. 71.
Joannes idem Apoſtolus. Reconciliatio offenſarum. Ad Caſtorinam. fol. 72.
Antiquus ſermo eſt. Familiaris & jocoſa. Ad Julianum. Ibidem.
Quàm vellem. Familiaris & pia. Ad Theodoſium. Ibidem.
Chartæ exiguitas. De obtrectatione. Ad virgines Hermonenſes. Ibidem.
Cùm in urbe leges. Familiaris eſt. Ad Auguſtinum. fol. 73.
Plus Deum tribuere. Laus Bonoſi. Ad Ruffinum. Ibidem.
Turpilius comicus. Familiaris. Ad Nitiam. fol. 74.
Non debet charta. Exhortatio exemplo Bonoſi. Ad Chromatium. fol. 74.
Qui circa te affectus meus. Familiaris. Ad Chryſogonum. Ibidem.
Dominus noſter. De modeſtia. Ad Antonium. fol. 75.
Quòd ignotus. Caſtigatio relapſi. Ad Ruſticum. Ibidem.
Retulit mihi quidam. Vitandum virgini ſuſpectum contubernium. fol. 76.
Samuel quondam. Objurgatio diaconi impudici. Ad Sabinianum. fol. 78.
Sæpe à me. De muliere ſepties icta. Ad Innocentium. fol. 80.
Inter multos ſæpe. Vita Pauli Eremitæ. fol. 81.
Scripturus vitam. Vita Hilarionis. fol. 82.
Qui navali prælio. Vita Malchi captivi Monachi. fol. 87.
Hortaris Dexter. Catalogus ſcriptorum illuſtrium Ad Dextrum. fol. 89.
Idem verſus à Sophronio Græcè. Ibidem.
Jacobus preſbyter. Catalogus ſcriptorum illuſtrium. fol. 106.

INDEX SECUNDI TOMI.

NUper rogatus. De perpetua virginitate Mariæ. Adverſus Helvidium. fol. 3.
Pauci admodum. De excellentia virginitatis. Adverſus Jovinianum. fol. 7.
Secunda propoſitio. Adverſus Jovinianum, liber ſecundus. fol. 24.
Quòd ad te hucuſque. Apologia ſuperiorum voluminum. Ad Pammachium. fol. 34.
Literæ tuæ & amorem. Adverſus calumniatores. Ad Domnionem. fol. 38.
Chriſtiani interdum. Adverſus eoſdem. Ad Pammachium. fol. 40.
Acceptis primum literis. Adverſus Vigilantium velitatio. Ad Riparium. Ibidem.
Multa in orbe. Adverſus Vigilantium. De colendis martyrum reliquiis. fol. 41.
Teſtimonia de Joannis. De Montani erroribus. Ad Marcellam. fol. 43.
Chriſti te adverſum. Exhortatio adverſus hæreticos. Ad Riparium. fol. 44.
Neſcio qua tentatione. Simile argumentum. Ad Apronium. Ibidem.
Quoniam vetuſto. De hypoſtaſibus Arianorum. Ad Damaſum. Ibidem.
Importuna in Evangelio. Eadem de re. Ad eundem. fol. 45.
Proximè accidit. Adverſus Luciferianos. Dialogus. fol. 46.
Ante annos circiter. De Origenis erroribus. Ad Avitum. fol. 50.
Domino dilectiſſimo fratri. Adverſus Origeniſtas. Ad Joannem Jeroſolymitanum. fol. 53.
Si juxta Paulum. Adverſus Joannem Epiſcopum Jeroſolymitanum ſuſpectum Arianum. fol. 55.
Epiſtola tua hæreditatis. Adverſus eundem. Ad Theophilum. fol. 62.
Scio quam plurimos. Præfatio Ruffini in libros [illegible] fol. 63.
Sanctus aliquis. Excitatio ad defenſionem ſui. Ad Hieronymum. Ibidem.
Schedulæ quas. Adverſus Origeniſtas. Ad Pammachium & Oceanum. Ibidem.
Diu te Romæ. Expoſtulatio de figurata laude. Ad Ruffinum. fol. 65.
Et veſtris, & multorum. Adverſus Ruffini calumnias, liber primus. Ad Pammachium. fol. 66.
Hucuſque de criminibus. Adverſus Ruffini calumnias, liber ſecundus. fol. 71.
Lectis literis. Eadem de re. Ad ipſum Ruffinum. fol. 77.
Non audacter. Adverſus Pelagianos. Ad Cteſiphontem. fol. 83.
Scripta jam ad Cteſiphontem. Adverſus eoſdem. Dialogorum liber primus. fol. 86.
Multa quidem de ſcripturis. Adverſus eoſdem, liber Dialogorum ſecundus. fol. 93.
Delectatus ſum tuorum. Adverſus eoſdem, liber Dialogorum tertius. fol. 99.
Dominus qui locutus. De damnandis Origeniſtis. Theophilus. fol. 102.
Meminit beatitudo. Eadem de re. Hieronymus. fol. 103.
Sanctus Epiſcopus Agatho. De damnatis Origeniſtis. Ad Hieronymum. Ibidem.
Nuper tuæ beatitudinis. Eadem de re. Ad Theophilum. fol. 103.
Duplicem mihi gratiam. Eadem de re. Ad Theophilum. fol. 103.
Didici quòd & ſanctitas. Eadem de re. Ad Hieronymum. Ibidem.
Generalis Epiſtola. Eadem de re. Epiphanius Hieronymo. Ibidem.
Ut tam parvam. Familiaris. Ad Marcellam. Ibidem.

Juſtum quidem fuerat. Hortatur ut reſipiſcat. Ad Vigilantium. Ibidem.
Majora ſpiritus vincula. Quatenus legendus Origenes. Ad Tranquillinum. fol. 104.
Decreveram quidem. Fidei ſuæ declaratio. Ad Marcum. Ibidem.
Rurſum Orientalibus. De opprimendis Origeniſtis. Ad Pammachium. fol. 105.
Sanctus Innocentius. De extincta Celeſtiana hæreſi. Ad Auguſtinum. fol. 105.
Omni quidem tempore. Extimulat adverſus hæreticos. Ad Auguſtinum. Ibidem.
Multi utroque. eadem de re. Ad eundem. Ibidem.
Tandem ex Africa. Familiaris Epiſtola. Ad Marcellinum. Ibidem.
Nunquam fili Oceane. An qui alteram uxorem à baptiſmo duxerit, poſſit fieri ſacerdos. Ad Oceanum. fol. 106.
Sebeſium noſtrum. Quatenus utendum literis prophanis. Ad Magnum. fol. 108.
Legimus in Iſaia. De gradu preſbyteri & diaconi. Ad Evagrium. fol. 109.
Nunquam æquè quiſquam. De mendacio & tranſlatione ex Hebraica veritate. Auguſtinus. Ibidem.
Habeo gratiam Eadem de re. Auguſtinus. fol. 110.
Ex quo cœpi. Eadem de re. Auguſtinus. fol. 111.
Tres ſimul. De mendacio in literis ſacris. Ad Auguſtinum. Ibidem.
Audivi perveniſſe. Excuſatio. Auguſtinus Hieronymo. fol. 114.
In ipſo profectionis. Satisfactio. Hieronymus Auguſtino. Ibidem.
Crebras ad me. Familiaris Epiſtola. Hieronymus Auguſtino. fol. 115.
Quamvis exiſtimem. Adhortatio ad concordiam. Auguſtinus. Ibidem.
Virum honorabilem. Familiaris & hæc. Ad Auguſtinum. fol. 116.
Sicut præſens. Familiaris. Auguſtinus Præſidio. Ibidem.
Cùm à ſancto fratre. Adhortatio ad concordiam. Hieronymus Auguſtino. Ibidem.
Jam pridem charitati. Rurſum de mendacio. Auguſtinus Hieronymo. fol. 117.
Anno præterito. Commendatio amici. Ad Auguſtinum. fol. 120.
Si tibi putem. Deprecatur crimen amoris in Paulam. Ad Aſellam. Ibidem.
Medici quos vocant. In Onaſum obtrectatorem. Hieronymus. Ibidem.
Paulus Apoſtolus. De optimo genere interpretandi. Ad Pammachium. fol. 121.
Poſt priorem Epiſtolam. Defenſio interpretationum. Ad Marcellam. fol. 123.

INDEX TERTII TOMI.

FRater Ambroſius. De ſtudio divinæ Scripturæ. Ad Paulinum. fol. 2.
Deſiderii mei. Præfatio in Pentateuchum verſum. fol. 4.
Tandem finito. In Joſue verſum præfatio. fol. 5.
Viginti & duas. In libros Regum verſos præfatio. Ibidem.
Si Septuaginta. In Paralipomena verſa præfatio. fol. 6.
Quomodo Græcorum. Altera in idem opus præfatio. Ad Domnionem & Rogat. fol. 7.
Utrum difficilius. In Eſdram & Neemiam præfatio. Ad eoſdem. Ibidem.
Mirari non deſino. In Tobiam præfatio. Ad Chromatium & Heliodorum. Ibidem.
Apud Hebræos. In Judith præfatio. Ibidem.
Librum Heſter. In Heſter verſum præfatio. Ibidem.
Cogor per ſingulos. In Job præfatio ex Hebræo verſum. fol. 8.
Si aut fiſcellam. In Job è Septuaginta verſum præfatio. Ibidem.
Jungat Epiſtola. In Proverbia Salomonis præfatio. Ibidem.
Memini me. In Eccleſiaſten verſum præfatio. Ibidem.
Nemo cùm. In Iſaiam ex Hebræo verſum præfatio. Ad Paulam & Euſtochium. Ibidem.
Jeremias Propheta. In Jeremiam verſum præfatio. fol. 9.
Ezechiel Prophetam. In Ezechielem verſum præfatio. Ibidem.
Danielem Prophetam. In Danielem verſum præfatio. Ibid.
Non eſt idem. In duodecim Prophetas verſos præfatio. Ibidem.
Sanctus Joel. In Joelem præfatio. Ibidem.
Nonum opus. In quatuor Evangelia caſtigata præfatio. Ad Damaſum. fol. 10.
Dormientem. Quæſtiones tres veteris legis. Damaſi. Ibidem.
Poſtquam Epiſtolam. Ad ſuperiores quæſtiones reſponſio. Ad Damaſum. fol. 11.
Miſiſti volumen. De Melchiſedec. Ad Evagrium. fol. 12.
In ſeptuageſimo. De quadraginta manſionibus Iſraëlitarum. Ad Fabiolam. fol. 13.
Uſque hodie. De veſtibus ſacerdotalibus. Ad eandem. fol. 18.
Quæris Dardane. De terra promiſſionis. Ad Dardanum. fol. 21.
Epiſtolare officium. De Ephod Bad. Ad Marcellam. fol. 23. D.
Multum in utramque. De judicio Salomonis pueri. Ad Ruffinum. fol. 24.
Zenon Nauclerus. De Salomone & Achaz ante tempus patribus. Ad Vitalem. fol. 25.
Nuper cùm Rheticii. De Tharſis. Ad Marcellam. Ibidem.
Scio quoſdam. De ordine & titulis pſalmorum. Ad Sophronium. Ibidem.
Verè in vobis. Emendatio pſalterii in certis locis. Ad Suniam & Fretelam. fol. 26.
Nonageſimum pſalmum. De decem myſticis nominibus Dei. Ad Marcellam. fol. 31.
Nuper cùm pariter. Quid Hebræis ſit alleluia. Ad eandem. Ibidem.
Quæ acceperis. Quid ſit Sela. Ad eundem. Ibidem.
Prius te Cypriane. Expoſitio pſalmi octogeſimi noni. Ad Cyprianum. Ibidem.
Scio me Principia. Expoſitio pſalmi quadrageſimi quarti. Ad Principiam. fol. 34.
Beatus Pamphilus Expoſitio pſalmi centeſimi vigeſimi ſexti. Ad Marcellam. fol. 37.
Et factum eſt. Expoſitio primæ viſionis Iſaiæ. Ad Damaſum. Ibidem.
Septuaginta. De Seraphim & calculo ardenti. Ad eundem. fol. 39.
Commentaria. Quæſtio de Oſanna. Damaſi. fol. 40. C
Multi ſuper hoc. Super eadem quæſtione reſponſio. Ad Damaſum. fol. 40.
Beatitudini. De frugi & luxurioſo filio. Ad eundem. fol. 41.
Brevis Epiſtola. De tribus quæſtionibus. Ad Amandum. fol. 43.
Magnis nos. De quatuor quæſtionibus. Ad Marcellam. fol. 44.
Brevis eſt. De blaſphemia in Spiritum ſanctum. Ad eandem. fol. 45.
Ignota vultu. De duodecim quæſtionibus. Ad Hedibiam. Ibidem.
Filius meus. De undecim quæſtionibus. Ad Algâſiam. fol. 50.
Origenes cùm. Homiliæ duæ Origenis à Hieronymo verſæ. Ad Damaſum. fol. 57.
In ipſo jam profectionis articulo. Expoſitio loci apud Paulum in Epiſtolam ad Galatas. Ad Minerium & Alexandrum. fol. 61.
Voce me provocas. De duabus quæſtiunculis. Ad Paulinum. fol. 63.
Lecto ſermone. Epiſtola familiaris. Ad Deſiderium. fol. 64.
Nudius tertius. Interpretatio alphabeti Hebraici. Ad Paulam Urbicam. Ibidem.
Qui in principiis. Traditiones ſeu quæſtiones Hebraicæ in Geneſim. fol. 65.
Fuit vir unus. Traditiones ſeu quæſtiones Hebraicæ in libros Regum. fol. 74.